Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena I.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Reſpondeat mihi, vt, quid agam, quàmprimum ſciam.

ACTVS IIII. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici, vno aut altero Trochaico catalectico mixto, Dimeter vnus Iambicus.

CTESIPHO, SYRVS.

AIn' patrem hinc abijſſe rus? Sy. iamdudum. Cte. dic ſodes. Sy. apud
Villam eſt, nunc eum maxumè operis aliquid facere credo. Ct. vtinam quidem,
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit velim
Vt triduo hoc perpetuo prorſum è lecto nequeat ſurgere.
Sy. Ita fiat, & iſtoc ſi quid potis eſt, rectius. Ct. ita: nam hunc diem
Miſere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere:
Et illud rus nulla alia cauſa tam malè odi, niſi
Propè eſt, quod ſi abeſſet longius,
Prius nox oppreßiſſet illic, quam huc reuorti poſſet iterum.
Nunc vbi me illuc non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio:
Rogabit me vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.

Quid

Quid dicam? Sy. nihilne in mente eſt? Ct. nunquam quicquam. Sy. tanto nequior.

Cliens, amicus hoſpes, nemo eſt vobis? Ct. ſunt, quid poſtea?

Sy. Hiſce opera vt data ſit Ct. quæ non data ſit? nõ poteſt fieri. Sy. poteſt.

Ct. Interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam Syre?

Sy. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari.

Quin tu ocioſus es: ego illius ſenſum pulchrè calleo

Cum feruet maximè, tam placidum, quàm ouem, reddo. Ct. quomodo?

Sy. Laudarier te audit libenter: facito te apud illum Deum:

Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas: homini illico lachrymæ cadunt.

Quaſi puero gaudio. Em tibi autem. Ct. quidnam eſt? Sy. LUPUS in fabula.

Ct. Pater adeſt? Sy. ipſus eſt. Ct. Syre quid agimus? Sy. fuge modo intro, ego videro.

Ct. Si quid rogabit, nuſquam tu me: audiſtin'? Sy. potin' vt deſinas?

ACTVS IIII. SCENA II.

Trochaici quadrati catalectici vnus denarius paucis Iambicis immixtis.

Actus